



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 24. Ira hominem euertit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

tus, illico pugionem in pectus impressit, supplicemque confodiens, ad Orcum transmisit. Poterat hoc esse summum impietatis atque immanitatis fastigium; sed inuenit Tartareum ingenium, quæ adderet tantæ impietati colophonem. Neque enim desperatum caput, contentum fuit, facinus adeò nefandū perpetrasse, sed ausum est præterea iactanter gloriari, ac dicere, sibi adeò exoptatam, ac suauem, de suo inimico, vindictam obtigisse, vt maiorem sperare non potuisset: nec enim animam se illi solam è corpore exturbasse, sed etiam, abiuratione tam dira, effecisse, vt recto itinere descenderet ad Acherontem, & cruciatus semper duraturos. Quæ utique vindicta non potest crudelior excogitari, etiam si cacodæmones omnes in commune concilium conuenirent. Excogitauit autem eam Ira, seu odium, quod est Ira inueterata.

Quid autem, putatis, eiusmodi truculentiam apud diuinum tribunal mereri? Dicitur certe Hieronymus ait: *Sicut misericordia sursum astuat ad Deum; ita deorsum crudelitas in infernum abicit.* Quin & Plato Ethnicus ait: *Crudelitas in Tartari barathrum improbos abicit, unde nunquam egrediuntur.* Nulla res adeò

XXIV.

IRA HOMINEM
EVERTIT.S. Hieronym. in
12. Proph.

X

ater

Lactant.
l. 6. de ve-
rò cult.
cap. 10.

æternam damnationem prouocat, ut alteri
obijcere æternæ damnationi, quam ut eua-
dere possemus, Deus filium suum misit, ut
extrema pro nobis supplicia pateretur. Eum
imitari Christianum, immo humanum est,
quia Deus, ut Lactantius loquitur, qui ceteris
animantibus sapientiam non dedit, naturalibus
ea munimentis ab incurfu & periculo tutiora ge-
nerauit. Hominem verò, quia nudum fragilemque
formauit, ut eum sapientia potius instrueret, de-
dit ei, præter cetera, hunc pietatis affectum, ut
homo hominem tueatur, diligat, foveat, contraque
omnia pericula, & accipiat, & præstet auxilium.
Summum igitur hominum inter se vinculum est,
humanitas: quod qui diruperit, nefarius & par-
ricida existimandus est. Immo non homo, sed
bestia, sed tigris, sed diabolus, qui & ipse cir-
cuit quærens non tam, quo modo corpus, in-
tumbam, quam quomodo animas in gehen-
nam perdat.

XXV.
SCANDA-
LIZANTI-
VM, M-
PRECAN-
TI VM,
GRASSAN-
TI VM, IN-
SANTICI-

Indignamini, ut video, hominem reper-
tum esse, qui tam immane & inhumanum
flagitium ausus sit committere? ignoscite
mihi, si ostendero, multos hodieque inueniri
illi pares, qui homines rectè dici non possint,
cum itidem non tantum sæuiant, ritu bel-
luarum, sed odijs ardeant diabolorum. Ne-
que